Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8320
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



LI

defecati sunt. rex iuda. et rex israel. tunc descendit iosaphat ad regem israel iudend. et eo presente. dixit achab. servus suus. sua est ramoth quæ est in galaad. cur negligimus eam tollere de manu regis syriæ. et ait ad iosaphat. Veniens ne mecum ad pugnandum in ramoth galaad. et respondit ego. sicut tu. sic et populus meus. populus tuus. sed quæsivi. ob sedendo hodie sermonem domini. et ascendit sitque prophetæ centum. Quibus rex ait. Ibo in ramoth galaad ad pugnandum. an quiescam. et dixerunt. ascende. et dabit eam in manu regis. et ait iosaphat. Sed et hic est propheta domini. cui achab. Adhuc unus michaias filius hyemla. sed odi eum. quia non prophetat mihi bonum. sed malum. reliquos occisos. a diebus abolitis. Cum perisset iosaphat vocatus est michaias. et hortabatur eum nuntius. ut bona regi diceret. sicut alii. dixit prophetæ domini. qui quod eum dixerit mihi dominus. hoc loquar. Porro in pseudo prophetis erat sedechias. ferens cornua ferrea. dixit ad achab. hæc dicit dominus. his ventilabis syriam donec consumantur achab a michea. id est. quod factum erat ab alii. dixit. ascende. et tradet eos dominus in manu regis. sicut non habent dominum. quos vide cum regis dixit achab. ad nuntium. ut non loquatur nisi quod verum est in nomine domini. Dixit michaias. vidi cunctum israel dispersum. sicut oves sine pastore. et ait dominus. Reversantur unusquisque in domum suam. Dixit ergo rex israel achab. ad iosaphat. nonne dixi tibi. quia non prophetat mihi bonum. Tunc addidit michaias. vidi dominum sedentem. et angelos assistentes ei. bonos. et malos. a sinistris. et ait. quis decipiet achab. ut ascendat. et cadat in ramoth galaad. hæc dixerunt. unus ita. et alius sic. Egressus autem spiritus. et stetit coram domino. dixit. ego eum decipiam. in quo prophetabit ei. Cui dixit. decipies. et prevalebis. Egredere. et sedechias percussit michaiam in maxillam. et ait. Quo ne dominus recessit spiritus domini a me. et locutus est in te. Cui michaias. videbis eum. qui ingredietur cubiculum tuum. ut abscondas te in eo. Rex israel. mittite michaiam. et ducite eum ad amon principem civitatis. et ad joas filium eius. et dicite. Hæc dicit rex. Mittite hunc in carcerem. et cibetis eum panem tribulationis. et aquam angustiæ. donec revertar in pace. Dixit michaias. si revertens revertaris in pace. non locutus est dominus per me. et ait. audite populi omnes. Ascendit ergo rex israel. et iosaphat rex iuda. in ramoth galaad. et dixit rex israel ad iosaphat. Ego mutabo habitum meum. et ingredior bellum. tu autem induere vestimentis tuis. Mutavit ergo habitum suum. et ingressus est bellum. Porro rex syriæ præcepit principibus bellum. qui erant cum eo. dicens. Non pugnabitis contra iosaphat. Qui cum vidissent iosaphat. putaverunt eum esse regem israel. et circumdederunt eum. ut pugnarent contra eum. Cum autem vidisset iosaphat. quia non esset rex israel. reversi sunt a persequendo eum. Porro vir quidam tetendit arcum suum. et percussit regem israel inter pulmonem et stomachum. et fluebat sanguis in sinu suo. usque in medium currus. et perpetuus est. et exercitus abiit a bello. Occiso autem rege israel. et delatus in samariam. et sepultus est. ibi. iuxta domum ebrietatis. quam ædificaverat. et dum lavaretur meretrices. et canes lambebant sanguinem eius. iuxta verbum domini. quod locutus est. Porro iosaphat regnavit post eum. Ochozias filius eius. Porro iosaphat redeunte occurrit ei hyeu filius hanani. et ait ei. Impio præbuisti auxilium. et odio habendos domino amicitiis junxisti. propter hoc iram domini merebaris. Porro in te inventa sunt bona. quia abstulisti nemora de terra. et firmasti cor tuum ut quæreres dominum. Porro iosaphat regnavit in hierusalem. anno 10 xxxv. annis. et erat filius eius regnare cepit. iosaphat. xxv. annis regnavit. cepit autem regnare anno quarto achab regis israel. Sed et omnia quæ fecerat. de collatione. et omnes potentes regum separavit de terra eius. et ambulavit iosaphat in viis asa patris sui. anno quinto decimo regni sui. præcepit principibus. et sacerdotibus regni sui. ut pagatim et per civitates docerent populum legem domini. Porro amonitæ. moabitæ. et idumei. fuerunt in iuda. ecce engadi. et iosaphat in templo. confortavit eum. ihoiada filius zacharie. propheta dixit. O iuda et hierusalem. nolite timere. neque egredimini. et dominus erit vobiscum. et egressus est. et fugerunt. Cumque dimisset castra hostium. et diebus. domino iosaphat. et illum vallem benedictionis. et hinc deinceps contrectum cum domino. Sed et reliqua eius. et mirabilia. et bella. et quæ fecerit. et quomodo ædificavit. et quomodo ædificavit. et quomodo ædificav